

## Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in  
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

**Chyträus, David**

**Lipsiae, 1592**

**VD16 C 2504 T. II**

**IN HISTORIAM RVTHAE LOCI DOCTRINAЕ PRAECIPVI.**

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](http://urn.nbn.de:gbv:ha33-1-148122)



IN HISTORIAM  
RUTHÆ  
LOCI DOCTRINÆ  
PRÆCIPVI.

Chyf

I. Genealogia Christi.

II. De Aggregatione ad veram Ecclesiam.

III. De Vocatione Gentium.

IV. SPECVLVM HONESTÆ MATRONÆ.



Rgumentum libri Ruth, & totius sacræ scripturæ, Mosis, Prophetarum, & Apostolorum principale, est filius Dei Dominus & redemptor noster Iesu Christus, ex semine Dauid & Abrahæ natus, pro nobis passus, mortuus & resuscitatus, propter quem omnes sancti omnibus temporibus remissionem peccatorum & vitam æternam confecuti sunt. Iohan. 5. Scrutamini scripturas, illæ sunt, quæ testimoniūm perhibent de me. Lucæ 24. Christus ex Mose, psalmis & prophetis de sua passione & glorificatione Apostolos erudit. Acto. 10. Christo omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnem qui credit in eum. Quare in historia Ruthæ etiam præcipius & principalis locus est, Domini & seruatoris nostri Iesu Christi Genealogia, à Phares filio patriarchæ Iudæ, usque ad Dauidem regem continuatio, ad cuius Dauidis familiam præcipue alligata erat promissio de Christo, ut certò scirent pijs, vnde & ex qua familia Christus exspectandus esset, quem ex semine Dauid secundum carnem nasci oportebat. 2. Reg. 7. 1. Paral. 17. Psal. 89. 132. Rom. 1. Matth. 22. Act. 2. Ezech. 34. Ierem. 23. 33. Itaq; Matthæus Euangelista, historiam vite Christi descripturus, & initio natales, seu familiæ seriem, & maiores, ex quibus ortus est Christus, ordine enumerans, nominatim Ruthæ & Boozij mariti mentionem facit in Genealogia Christi. Quam initio Matthæi recitatam, velut connexionem ac vinculum esse veteris & noui testamenti & breue compendium totius veteris testamenti, ostendens vntum & idem Euangelion de Christo Salvatore, patribus patefactum, ac sæpè repetitum omnibus temporibus, in Ecclesia Dei sonuisse, ac notum fuisse: & singulorum patrum, ex quibus ortus est Christus, historiam vitæ, doctrinam, certamina, fidem, confessionem & virtutum omnium exempla, nobis ad imitandum proposita, huius Genealogie occasione repeti à nobis attente & considerari debere, eo loco monuimus.

Quod autem Paulus præcipit, non attendere fabulis & Genealogijs infinitis, quæ quæstiones parunt magis, quam ædificationem Dei in fide;

1. Timoth. 1.

Tit. 1.

Z

non

Gen. 5. 11.  
Ruth. 4.  
3. 4. Reg.

non prohibet veras & utiles historias, & magnorum virorum ac Christi primis Genealogiam, à Deo ipso in sacris historijs grauissima autoritate traditam & conseruatam, inquire: sed rixas de illa incertas ac inextricabiles, & contentiones ac repræhensiones calumniosas explodit. Cum enim archæa Genealogiarum in templo Hierosol. reposita Herodis Regis sole, re abolita essent, & multarum familiarum propago & memoria intercidisset: exortas inde quæstionum, disputationumq; nugas, quas infinitarum Genealogiarum nomine Apostolus taxat, consentaneum est. Fortassis etiam multi, vt ex nobilissima Messiae stirpe orti viderentur ambitiose familias suas, Christi Genealogiæ intexuerunt, vt nostra ætate principes quidam suis familias ab Hectore Troiano, alij ab Antenore, Priami filio, alij ab Alexander Magno, multi Saxonie proceres à Wittikindo deducunt.

## DE AGGREGATIONE AD VERAM ECCLESIA M.

**Q**uemadmodum Rutha relictae idolis Moabiticis, & deserta patria, in qua idola colebantur, proficiscitur in Iudeam, & vera Ecclesia ac populo Dei se adiungit, dicens: Populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus: ita singuli, quæ sit vera Ecclesia, querere, & eam se pia voluntate & confessione, & aggregatione ad publicum ministerium in publicis congressibus, & communè precationē & usum Sacramentū adiungere debet. Psal. 122. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in dominum Domini ibimus. Psal. 84. Quam dilecta tabernacula tua Domine, concupiscit & deficit anima mea in atria Dei. Et dulcissime à Nazianzeno dicitur: ζητῶ Ναὸν κιεωτὸν, ὅπως μόροι αὐτὸν ἀλάζω. Ut enim soli inclusi in arcana nauim cum Noah seruantur, alij omnes diluvio pereunt: Ita soli ciues vero ecclesiæ Dei, hæredes vitæ & salutis æternæ fiunt: reliqui omnes extra ecclesiam, Ethnici, Iudei, Turci diluvio iræ diuinæ absorbentur. Rom. 8. Quid elegit, hos etiam vocavit. Ioh. 3. Qui credit in filium, habet vitam æternam. Qui non credit filio, non habet vitam, sed Ira Dei manet super eum.

Sunt enim Ecclesia seu populus Dei, in genere, homines Euangelio Christi credentes, seu recte Deum agnoscentes & colentes iuxta ipsius verbum, & hæredes vitæ æternæ propter Christum. Ecclesia sancta catholica est communio sanctorum seu vniuersalis multitudo omnium piorum hominum omnibus temporibus & locis viuentium, qui Euangelion Christianum amplectuntur, & in Christum credunt, ac propter eum Deo placent, & per Spiritum sanctum reguntur & sanctificantur ad vitam æternam. Ecclesia visibilis est coetus amplectentium Euangelion Christi, & recte videntium sacramentis & non colentium idola, in quo coetu semper aliqui sunt electi, qui verè credunt, & à spiritu sancto reguntur, & hæredes sunt vitæ æternæ, etiamsi in externa consuetudine multi admixti sunt mali seu hypocryti, parabola de fagena bonos & malos pisces concludente, Matth. 13. huius coniuia nuptiales, Matth. 22. demonstrant. Ad hanc visibilem ecclesiam, profitentem puram Euangelij doctrinam, & recte videntem sacramentis, aggregare se singuli pij, & ab impijs & idolatrias cœtibus separari & discedere debent, quemadmodum Ruth ex Moabitide discedit, & vera Ecclesiæ populi Iudaici societatem sese adiungit. Ita viuentes in patu si cogantur idolatricas Missas celebrare vel audire, & homines mori-

tuos vel ad statuas inuocare, vel panem circumgestatum adorare, potius abire ex ijs locis, quam contra conscientiam veræ confessioni contraria facere debent. Est enim mandatum Dei æternum & immotum, vt verum Deum in ecclesia patefactum, vero timore ac fide iuxta ipsius verbum colamus, & fugiamus omnia idola Ethnica, Iudaica, Mahometica, pontificia & quarumcunq; sectarum portenta pugnantia cum verbo Dei in quo se Deus patefecit. Nec tantum corde ita sentiendum, sed externa etiam significatione seu ore & facto quid sentias profitendum est. Ore enim fit confessio ad salutem. Non confitentur autem, qui nunquam testimonia aperta suæ sententiae edunt. Imo etiam contraria veræ fidei & confessio-  
nis coram alijs hominibus faciunt, procidunt coram statuis, adorant panem circumgestatum, inuocant sanctos mortuos. Cum autem non colentibus hæc idola in multis gentibus pontificijs, supplicia proposita sint: Tutissimum est, firmos Ruthæ exemplum sequi, ac discedere ex ijs locis, vbi Tyrannorum sauitia, impij & Idolatrici cultus defenduntur. Infirmis autem qui nec exilia nec supplicia sustinere volunt, aliud consuli non potest, quam ut infirmitatem suam agnoscant & deplorent, & paulatim vires confirmant, & aliqua subinde testimonia confessionis aperta edant. Vtique autem, & firmi & infirmi, prudenter & circumspecte, veram doctrinam rectè cognoscant, nec falsa pro veris arripiant, nec propter falsas opinio-  
nes pericula suscipiant; & in veris sententijs retinendis constantes sint, nec infirmitatem simulationi prætexant. Cogitent etiam de patientia & con-  
stantia, prius quam se supplicij aut exilij periculo exponant, ne sicut Pe-  
trus audacter se cum Christo in mortem iturum iactitans, postea ancillæ voce fracti, confessionem veritatis abijciant, & Christum negent.

Qui vero ex Babylone exierunt, aut ex Ur Chaldæorum cum Abra-  
hamo emigrarunt palam se verae ecclesiæ, & cœtui certo, veram doctrinam profitenti assident, vt Abrahamus Semino seu Melchisedeco; Rutha, popu-  
lo Dei in Béthlehem se adiunixerunt: & in publicis ecclesiæ congressibus confessionis suæ testimonia edant, simul vtantur sacramentis, & inuoca-  
tionem suam cum ecclesiæ inuocatione coniungant, non abdant se in soli-  
tudinem & latebras, sed memores dicti, vbicunque duo aut tres in nomine  
meo congregati fuerint, in medio eorum sum & fieri eis quæ petunt: ad  
publicos congressus, & communem veræ ecclesiæ precationem se agre-  
gent & coniungant.

### *De Vocatione GENTIVM.*

Ecclesiam rectè Deum agnoscentem & colentem, & omnium Christi seruatoris beneficiorum participem & vitæ ac salutis æternæ hæredem, non ex Iudæis solum & posteris Abrahæ circumcisio, sed GENTIVM etiam colluuii vocari, constitui, colligi & seruari, non solum exemplum Ruthæ Moabitidis, in societatem populi Dei: & quidem inter Christi seruatoris proauias, receptæ; verum etiam promissio de semine benedicto, Abrahæ & cæteris patribus tradita, demonstrat, quæ omnes gentes in semine Abrahæ Christo benedicendas esse clarissime docet. Quam Paulus Rom. 9. Iohan. 11. Ecclesiam non carnali generatione ex Abraham, non politia Moysis, lege, circumcisione, meritis humanis, sed gratuita Dei misericordia ab æterno electam, & voce Euangelij ex Iudæis & gentibus vo-

Chyf

cata[m] propter filium mediato[m] fide apprehensum constitui & collig[er] docens , luculente enarrat.

Singulari autem consilio D[eus] v[er]o s[ecundu]m populum Iudaicum à ceteris gentibus distinxit circumcisio[n]e , & alijs ritibus lege Moysi ordinatis , tam præcipue ob causam , vt agnosc[i] & conspic[i] oculis posset vera ecclesia Dei columna & sedes veræ de D[eus] e[st] o & filio ipsius Domino nostro Iesu Christu doctrinæ , per quam solam & non aliter D[eus] v[er]o s[ecundu]m remissionem peccatorum & salutem æternam hominibus impertit. Cùm igitur velit quemlibet fiducandum inseri ecclesiæ ( extra quam non est salus ) & ministerio Euangeli de Christo adiungi : certum populum delegit , in quo promissio[n]es de Christo conseruarentur , & Christus redemptor palam exhiberetur , docere ederet miracula , fieret victimæ , & ex morte resuscitatus conspiceretur. Propter has prærogatiuas , quod præ cunctis gentibus hunc populum fisi Deus in peculiu[m] & regnum sacerdotale elegerat , & verbo suo ac circumcisio[n]e fœdus cum eo fecerat , & oracula D[eus] i[ustitia] seu promissio[n]es de Christo ipsi custodiendas & propagandas crediderat : mirificè Iudæi se effabant , & gentes ignaras D[eus] i[ustitia] , alienas à politia Israël , & Idolatras , superbè contemnebant , & consuetudinem ac conuictum earum velut contagium abominandum vitabant. Cum igitur ministerio Apostolorum pollegentes ad societatem ecclesiæ D[eus] i[ustitia] aggregari cernerent , horribiliter fremere & indignari coepерunt , & Christo ac Euangelio ipsius , quo gentes ad communionem beneficiorum Christi vocarentur , sp[irit]u & abiecto , ipsi quoq[ue] sp[irit]u & abiecti , & gentes Christum amplectentes , à D[eus] i[ustitia] acceptæ , & populus D[eus] i[ustitia] , ac vitæ æternæ heredes facti sunt , Rom. 10. 11.

Semper autem cum de vocatione gentium , & reiectis Iudeis dicitur quatuor hæc capita cogitemus. Monet enim vocatio gentium , ecclesiam D[eus] i[ustitia] non carnali generatione , non lege , non meritis bonorum operum , sed gratuita D[eus] i[ustitia] misericordia & electione propter filium mediato[m] fide apprehensum constitui & propagari , Rom. 9. Non omnes , qui sunt in Israël sunt Israël , neq[ue] quia sunt semen Abrahæ , omnes filij , sed in illici vocabitur tibi semen , hoc est , non filij carnis sunt filij D[eus] i[ustitia] , sed filii promissionis computantur in semen. Item , Non ex operibus sed ex vocatiō diētū est , Maior seruiet minori. Non igitur volentis est neq[ue] currentis , sed miserentis D[eus] i[ustitia]. Et in fine capit[is] : Gentes , quæ non sectantur Iusticiam appreenderunt Iusticiam , Iusticiam autem quæ est ex fide , Israëlatem sectans legem Iusticiæ , ad legem Iusticie non peruenit , quia non exinde , sed ex operibus legis. Finis enim legis Christus est ad Iusticiam omnium credenti.

Deinde cum gentes pollute idolomania , libidinibus & alijs sceleribus , agentes pœnitentiam , & fidè confugientes ad filium D[eus] i[ustitia] , non fees recipientur ac Iudei credentes , qui mores honestè iuxta normam legis diuinæ gubernarunt : perspicue conuincimur , remissionem peccatorum , & vitam æternam , non propter dignitatem propriarum virtutum & operum , sed gratis per fidem sola D[eus] i[ustitia] gratia donari: sicut gentes non sua virtute aut operibus , quæ impia & damnata sunt , sed gratuita D[eus] i[ustitia] misericordia , saepe per gratiam Domini nostri Iesu Christi saluantur , quemadmodum & patres saluati sunt.

Tertio monet , Deum non esse πεστωποληπτην seu acceptorem personarum , sed aequalem erga omnes Iudeos & Gentes , iuxta unam normam Eu-

Euangelio expressam: Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

Quarto admonet, Circumcisionem, & alias ceremonias legis Mosaicæ, quæ in sola Moysis politia seruari poterant & debebant, iam abrogatas, nec ad salutem necessarias esse. vt Apostoli, inchoata gentium vocazione vniuersali, publico Synodi decreto circumcisionem abrogant, Act. 15. quia finem esse politiae Iudaicæ, quæ tantum usque ad exhibitum Christum durare debuit, & Christo fine legis exhibito, typos cessare sciebant. Postremo, cum Deus populo Iudaico peculiariter electo & tot miraculis a se defenso, descendenti a vera pietate & fide Deo & filio ipsius Domino nostro Iesu Christo debita non pepercit, sed abiectis illis gentes vocarit: multò minus nobis gentibus, non obedientibus Deo fide & bona conscientia, parvus est. Quare deposita securitate Deum timeamus, & cum timore ac tremore salutem nostram operemur.

## III.

SPECIUM piæ Industriæ, castæ, sedulae, & omni virtute matronalی decoratae mulieris, quæ verè rauicior ægetis ēst yrrāia yorū, Virtutis est penu generosa foemina, adiungendum exempli loco, Salomonis carmini de virtutibus honestæ matris familias, Proverb. 31. & laudationi Bonæ mulieris, Syracidae 26. ac opponendum vituperationibus coniugij & sexus muliebris, Quem, non fecus ac virilem ad imaginem Dei & æternæ salutis societatem conditum, & simili agnitione Dei, & iusticia Deo placente, ornatum, non contumeliose despicere ac deformare, sed velut alteram generis humani partem nobis comparem, & sociam generationis, ac opitulatricem in plurimis vitæ officijs, fontem procreationis ac propagationis humani generis: & seminarium ecclesiæ ac Reipublicæ: & totius vitæ præsidum ac vinculum: & fidissimum in morbis & omnibus periculis amicum, honore afficere, ornare & tueri debemus. Cumq; duos hos sexus, marem & foeminam, & quidem foeminam ex mare, Deus creauerit, vt mutuus & ardens erga naturam cognatam amor esset: & metas coniunctioni maris & foeminae certas in coniugij legibus circumdederit; nosque in coniugio vivere, & casti pudoris decus tueri velit, vt Deum ipsum esse mentem castam & horribiliter vagas libidines punire agnoscamus: ardentibus votis a Deo bonam coniugem, & felix ac placidum coniugium nobis tribui singuli orent, vt Deo in castitate coniugali seruant, & liberos procreent, eisq; veram Dei notitiam impertiant, vt agnitus Dei propagetur & in terris conferetur, Verè enim, vt collega noster Ioannes Frederus cecinit:

Vxor honesta Dei donum, cor, vita mariti:

Prolis alumna, thori gemma, corona domus;

Grata lumen opis, res latas suauiter ornans;

Aduersaq; leuans, anteit orbis opes.

Sancta fides: fæcundus amor: concordia diues

In nostro vigeant inuiolata thoro.

Proverb. 18. Qui vxorem inuenit ( id est, feliciter ducit, der wof antrifft ) inuenit bonum, & hauriet voluptatem a Domino; hoc est, et si molestiae aliquæ, & communes miseriae coniugales interdum incident: tamen cogitans, Domino Deo genus vitæ coniugale a se institutum & sanctum, & omni-

bus non idoneis ad vitam coelibem mandatum, placere: & Dominum Deum præsentem pijs coniugibus adesse, opitulari, mitigare ærumnas, & fulle inde aliquid laxamenti & recreationis miscere (*& dulcem curis miscet amicorum*) & præsentia suæ, auxiliij & liberationis testimonia ostendere, agnoscens: veram & efficacem consolationem & læticiam, si non semper ab agno re: tamen à Domino haurit.

Accommodabimus autem exempla virtutum Ruthæ matronalium, si Pauli regulam. Saluabitur mulier, in coniugio liberos generans, si manrit in fide, dilectione, castitate & temperantia. F r d e m erga Deum sinceram & illibatam declarat Rutha, quod relicta patria Moabitide, idolis seruiente, populo D e i Israël seu veræ Ecclesiæ D e i, in qua promissio de Messia Abrahæ tradita sonabat, & cultus D e i ipsius voce mandati serubantur, se adiungit, & fidem suam ingenua & aperta confessione oris & conscientiæ obedientia & operibus bonis declarat. Hæc fides vere sanctum pectoris humani bonum est, qua verum Deum, & promissum Messiam in ecclesia populi Israël patractum rectè agnoscit, & propter semen benedictum Abrahæ promissum se quoque gentilem à D e o benedici, in gratiam recipi, à peccato & morte liberari & iusticia ac vita æterna donari habuit & hac fide innixa D e o sibi propter Messiam promissum propitio & uenti, trepidantia firmat Pectora & in moesto securum tempore tempus præsumit confisa D e o. nam non metuendi Fidere causâ D e o, fidem legionibus illi, Nulla salutiferi quibus est fiducia Christi. Hanc crucis inctæ signum & confessio munit, Armataq; D e o mentem fide ac inuocatione D e i vera, omnes vitæ huius difficultates, omnes exilij & paupertatis miseras, læto & alaci corde in D e o sibi propicio acquiescente superat, & vietrix in D e o spe beatæ & æternæ cum D e o consuetudinis, læta triumpha.

Altera virtus est Dilectio D e i & proximi, & inter proximos primis mariti & sobolis amor sincerus, suavis, ardens, sine simulatione, morositas, fastidio. Deinde aliorum sanguine & adfinitate iunctorum, fratum, sororum, sacerdi, socrus, leuirorum, glorum, &c. vt in hac historia, Ruth sicut Noëmi, velut matrem diligit, & omnibus filialis reverentia & caritatis officijs prosequitur. Pertinent ad Dilectionem etiam Lenitas animi ministeri placidi erga maritum & sobolem. Item, Patientia & constantia nō defens maritum, parentes, liberos, in morbis & alijs rebus aduersis. Item Beneficentia erga pauperes, & alios ope nostra indigentes, & iusticia non laedit aliorum famam, corpora vel fortunas, non defraudans alios in contradicibus.

III. Sanctimonia seu c a s t i t a s de qua i. Thess. 4. dicuntur. Hæc est voluntas D e i Sanctificatio seu castitas vestra, vt abstineatis scortatione & possideat unusquisq; vas seu corpus suum in sanctificatione & honore (sanctum & honestum) sic Rutha primum Chelioni, deinde Boozo Bethleheimitæ proauo regis Dauidis nupta, casti pudoris decus in coniugio seruavit. Non enim coelibes tantum, ab omni commixtione & contaminatione corporum mundi, sed vni etiam coniugi corpus sanctum & castum seruantes, & coniugij legibus diuinitus sanctis obedientes, in genere vitæ casto & D e o placente viuere, Paulus præsenti loco testatur, cum foeminas fideles, in coniugio liberos generantes, saluari inquit. & Eccl. 13. Honorabile coniugium in omnibus & torus castus ac impolluens.

Quarta virtus σωφροσύνη, nō modo temperantiam in cibo & potu significat, verum etiam modestiam in sermone, gestu, vestitu, & actionibus negotiis.

negotijs vitæ omnibus, seruantem conuenientiam; alienam à superbia, vanitate, iactantia; Garrulitate, futilitate, petulantia, obſcenitate, luxu, ineptijs; curiositate seu πολυπαγμοσων admiscentे ſe negotijs mariti publicis in gubernatione togata vel bellica, vt Imperator Caligula Liuiam proauiam ſuam, Augusti vxorem, Vlyſsem ſtolatum nominauit, ab omnibus his-vitijs alieniſſima Ruth, in victu contenta eſt pane & aqua & tenui polenta. In opinione & sermonibus, non arroganter & superbè, verum demissè & humiliter de ſe ſentit & loquitur. Verecunda & pudica vultu & gestu, nullam laſciuiæ aut obſcenitatis ſignificationem edit. Deniq; labores œconomicos, in parando ſibi & ſocrui ſuæ victu, in colligendis ſpicis & alijs ministerijs œconomiæ neceſſarijs, ſedulo obit.

Ita in Acrostichide Salomonis, officia honestæ matrifamilias recenſentur. Caſtitas coniugalis & amor erga maritum ſine morofitate. Induſtria & ſedulitas in omnibus laboribus œconomicis ad rem familiarem paſrandam, augendam & tuendam pertinentibus. Εργοδιաκτης in gubernatione familiæ & penſo à ſingulis exigendo. Frugalis & parca res proprias cuſtodiens, utiſter collocans & vitans ſumtu non neceſſarios. Beneficentia erga pauperes. Afſiduitas domēſtica, vitans expatiations non neceſſarias. Diligentia in educanda ſobole. Deniq; TIMOR D E I ſeu vniuersalis obedientia erga omnia mandata D E I. Hæc duo bōnæ matrifamilias ſpecula, exemplo Ruthæ & paucarum ſimilium matronarum virtute præſtantium, Saræ, Abigail, Esther, viduæ Sareptanæ, Elisabethæ, Hierosolymitanæ, Turingicæ & Danicæ illuſtrentur. Nunc priuquam textum Grammaticè & breuiter explicare pergam: de F A M E ſeu caritate annonæ, qua Eliméleth compulſus, cum uxore & liberis, deferta patria Bethlehem, in Moabitiden migrat, vtilem admonitionem præmittam.

*Orta eſt fames in terra.*

F A M B S propriè eſt ſeñſus ſuctionis venarum in orificio ventriculi. Cū enim membra exhausta, nutrimentum ex venis in ea definentibus: Venæ rurſum ex ventriculo vacuo attrahunt: ſequitur ventriculi & orificij illius corrugatio, quæ, propter concurſum multorum neruorum in orificio, & adfluuentiam bilis, ſeñſum ſuptionis acriorem ciet, & dolorem acuit. Hæc appetitio cibi & potus, ſeu fames & ſitīs, natura omnibus animantibus in- eſt, ut conueniente ordine & modo nutriantur. Sic enim condita ſunt animantia, ut viuant calore naturali & ſpiritu viuifco per totam corporis ma- chinam volitante, & vim ſentiendi ac mouendi omnibus membris imperti- ente. Hic calor, humidus radicali alitur & fouetur, ſicut in lychno flammæ parts, cerā aut oleo continuantur & coharent, ne diſſipient & euaneſcant. Cum autem, ut flamma in lychno ceram, ſic calor nativus in corpore animantis, humidus radicale abſumat & depaſcat: refici illud & reparari quotidiano nutrimento opus eſt, ne deficiente pabulo calor nativus ſimul deficiens extinguitur. Ad hunc finem, appetitio cibi & potus moderati, quæ fames & ſitīs nominatur, ut alendo & fouendo radicali humidu- nutrimentum attrahat, in animantibus condita eſt. Cū autem adquisitum il- lud ex nutritione humidus fit impurius, calor etiam deteriore pabulo pau- latim fit languidior, donec tandem mutua labefactatione utrumque extin- guitur, & vel ſeſſa calor nativus nimio adfuſo humiduſ ſuffocatur: vel ua-

enit, deficiente idoneo nutrimento, exhalat.<sup>7</sup> Significat autem hoc loco fames, non naturalem illam edendi cupiditatem, nec inediā, sed ciborum defectum, seu frumenti aliarumq; rerum vietui necessariarum caritatem & penuriam, Qua, inter cæteras spreti panis vitæ Domini & seruatoris nolri Iesu Christi, & doctrinæ ab ipso traditæ, ac cæterorum D e i beneficiorum immemorum ac ingratorum poenas, sàpè totas ciuitates & gentes grauissimè Deus plecit. Cùm enim non à D e o nobis frumentum & panem & reliqua vitæ necessaria præberi, sed vel casu offerri, vel suo labore & industria parari homines pleriq; cogitent, penuria frumenti & fame D e us eos ad suorum beneficiorum agnitionem & gratitudinem ac obedienciam vicissim præstandam, exuscitat. Ose. 2. Et nesciuit (non agnouit) quod ego dedi ei frumentum & vinum & oleum, ideo conuertar & auferam frumentum meum in tempore suo. His totarum gentium calamitatibus publicis, p i j etiam & sancti ut hoc loco Rutha, simul inuoluuntur, quia in ipsi quoq; magna caligo & multæ prauæ inclinationes ad securitatem, amorem sui & alios affectus viciosos hærent, quos communibus poenis castigat Deus vult ac emendari & aboliri. Crebra autem famis passim graffata & totas regiones occupantis, & pios etiam simul obruentis, exemplum veteri testamento, Gen. 12. 26. 41. 43. Exodi 16. Deut. 28. 3. Reg. 18. 4. Reg. 6. 25. In Hieremia, cap. 11. 14. Thren. 2. 4. extant. Et in Apostolorum historia, famis vniuersalis sub Claudio Imp. ab Agabo prædictio fit, in qua modium tritici sex drachmis venditum esse Eusebius scribit, & in Apocalypsi, Chœnicem seu demensum seruuli diurnū, denariū emtum iri minatur. Continet autem Chœnix duos sextarios. Modius decim: qualium nostra mensura, cui à scapha nomen est, circiter 80. capi. Valet autem drachma Atticorum, sicut denarius Romanorum, quatuor solidis Lubecensibus. Octo enim denarij, Ioachimicum nostrum: Decem, proratum efficiunt. Resert autem Cicero, precium modij lege constituta fuisse tres sextertios seu tres solidos Lubecenses. Iam si modius in fine sex drachmis, hoc est, 24. sextertijs venijt: octuplo precium mediocribus annis usitatum excreuit. Maior autem caritas est, quam Apocal. 6. dicit, ubi Chœnix seu octaua pars modij, quæ 4½ nummulis Lubecensibus usitate aestimabatur, quatuor Solid. Lub. hoc est, decuplo carius utrum vendebatur. Multò autem maxima fames Athenis à Demetrio obsessis, it, ubi modium tritici, trecentis drachmis emptum esse Plutarchus namit. Ita Chœnicis precium, 37½ drachmæ fuerunt. Harum computationum consideratio, & ad historias intelligendas utilis est, & de frugalitate ac diligentia Græcorum in œconomijs regendis monet, Qui certum farinæ seuibi demensum singulis in familia quotidie admetiebantur, ut, quantum quotannis in familia alimenta insumeretur, & deductis impensis, quæ relapsa summa esset, præscirent.

Miserissimum autem & atrocissimum genus Mortis est F A M E interea, ut vere à Mæonide dicitur ταῖτε μὲν τυγέροι βαίσατοι δελόσις Βροτοῖσι, λαμπρὸν οὐαῖσιν καὶ ποτὺσιν επίσπεν. Et acerbissimus parentum dolor est, cum tunellos liberos & infantes suos fame adfligi & perire vident. Imo suos liberos ipsi famis diritate stimulati, quos genuerunt, in sua viscera recondunt, quod in utroq; urbis Hierosolymitanæ excidio accidisse legimus, ac illa temporis famem Hierosolymis per Chaldaeos obsessis graffata proflus prophetice & poëticè Hieremias describit. Adhæsit lingua latenter ad palatum

eius: parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Qui vescabantur voluptuosè, interierunt in vijs: qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercore. Et maior effecta est iniquitas filia populi mei peccato Sodomorum, qua subuersa est in momento, & non cuperunt in ea manus. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis. Adhuc cutis eorum ossibus: aruit & facta est quasi lignum. Melius fuit occisis gladio, quam imperfectis fame: quoniam isti extabuerunt consumti à sterilitate terræ. Manus mulierum misericordium coixerunt filios suos, facti sunt cibus earum in contritione filie populi mei. Compleuit Dominus furorem suum, effudit iram indignationis sue: & succendit ignem in Sion, & devoravit fundamenta eius.

Cap. II. Parvuli & lacentes fame contabescentes matribus suis dixerunt, ubi est triticum, & vinum cum desicerent, quasi vulnerati in plateis cinitatis: cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum. Tam diram & horrendam famem, D e i beneficio, nostra & patrum secula ignorant. Etsi enim in Belgico proximis annis magna annonæ caritas cum bello coniuncta fuit, & multæ populosæ vrbes, Ganduum, Antuerpia, Bruxellæ, & aliæ, à Farnesio duce Parmensi, nulla muris admota machina, nec oppugnatione villa cominus tentata, commeatuum interceptione & fame sola domitæ & captæ sunt: Similia tamen immanis crudelitatis parentum in natos exempla nulla extiterunt, ac ne quidem ad humanas carnes unquam ventum est. Ad frumenti vero caritatē quod attinet, et si in hac vrbe iam annona, duplo quam solebat superioribus annis, grauior est: tamen ne nunc quidem premium Ciceronis tempore publica lege constitutum valde superat. Cum enim mensura frumenti nostra, cui à Icapha nomen est, quinq; modios Romanos capiens, dimidio Ioachimico ematur: Modij premium, paucisnumulis, tres sestertios seu solid. Lub. excedit. Deo igitur pro mediocri adhuc victu & tolerabili in hoc littore Balthico annona, quæ maritimis etiam subvectionibus plurimum hoc anno leuata est, gratias agamus; cumq; precerum, ut procul à nobis Saguntinam verbi D e i & frumenti famem, quæ multæ gentes hoc tempore in Belgico, Gallia, Sabaudia laborant, clementer auertat. Cogitemus etiam quanta miseria fuerit, patremfamilias Elimelch, compulsum fame, cum coniuge & liberis, patria sede relicta, in peregrinas terras mendicatum seu vietus querendi causâ proficiisci, ut nunc multæ familiæ ex Belgico, partim frumenti, partim verbi diuini fame adductæ, sedes mutant, atq; alio patriam querunt sub sole iacentem.

Hac locorum aliquot doctrinæ, in historia Ruthæ maxime insignium, explicatione præmissa: TEXTVS CAPITIS PRIMI grammaticè declaratus est, de quo, ex docentis ore, hæc pauca obiter excepta, simul cum candido lectore communicanda duximus. LIBER RUTH, יְהוּ vi-dens, אֶת־יָמָיו: vel Irrigata, אֶת־יָמָיו vel festinans sedula. *In diebus unius iudicis*) quem Iudei Abessan, cuius Iud. 12. fit mentio, esse volunt, ac eundem, Booz Ruthæ maritum constituunt. *Fames in terra*) Iudæa. BETHLEHEM) domus panis, fertilis, foecundos & vberes agros possidens, duobus miliaribus à Hierosolymis versus meridiem distat. Nominatur autem Bethlehem Iuda, ut distinguatur ab eiusdem nominis oppido in tribu Zebulon, Ios. 19. *Regione Moabitide*) quam posteri Moab, filij Loth (Gen. 19.) ad orientalis maris mortui ripam possederunt. אֶת־בִּתְּךָ de patre: Elimelch,) Deus meus Rex. *Vxor eius Noëmi*) יְהוּ pulcra, iucunda, suavis, amoena, dulcis, inde nomen est oppido Naim, Lucæ 7. & Capernaum, vbi centurio &

archi-

Chyf

archisynagogus amici Christi sunt. *Maalon*) ἦν infirmus, ἀγρος  
*Chelion*) ἤλιος consummatus, perfectus vel consumptus ἦτος. *Ephrata*,  
cognomen oppidi Bethlehem fuit, Ephrata, id est, fertilis, foecunda. Gen.  
35.48. Mich. 5. à Ἰεραπ. *Ingressū regionem Moabitidem morabantur ibi* de  
exilijs piorum visitatis, vt nos de primo exilio ex paradiſo admoneantur  
de ærumnis exilij, πατέρα ζωὴν αὐτῆν τὸν ἐφέλκητος Φυγήν. Curat nemo vagans,  
& lādere nemo veretur. Non exul curæ ducitur esse D e o. *Orphus*  
τριῶν ceruix. Remansitq. mulier orbata duobus liberis & marito) *Vidua* re-  
rito & duobus filijs amissis, inter exteros misera, & omni ope destituta,  
integrum decennium versatur. *Faciat vobiscum Dominus misericordiam*  
Deus benefaciat vobis, Metalepsis causæ pro effectu, Misericordia, pro be-  
neficijs gratuita bonitate & misericordia datis, Gen. 20. Hanc misericordiam  
am facies mecum, hoc beneficium mihi præstabis. Exod. 20. Faciens mi-  
sericordiam in millia, id est, benefaciens his qui diligunt me. Psal. 119. *Ex-*  
*cum seruo tuo misericordiam tuam, id est, præsta seu largire gratuita boni-*  
*tate seruo tuo hoc beneficium.* 2. Reg. 2. Benedicti vos à Domino, q.  
fecistis misericordiam cum Domino vestro Saul. Et nunc retribuet vobis  
Dominus misericordiam & veritatem, id est, Deus vobis fauet & vicinum  
benefaciet, quia benefecisti Domino vestro Satili, vnd der Herr wird es  
wiederumb alle wolt hat vnd trew erzeigen. *Ite in domum matris vestrae* Ex-  
emplum concordiae mutui amoris, benignitatis & fidei, inter socrum &  
rum, alioquin rare in communi vita, vbi regulariter: Omnes socrus ob-  
runt nurus & econtra. *Det vobis inuenire requiem in domibus virorum*  
Det vobis tranquilla & placida coniugia, vt sine dissidijs, litibus, rixis, in-  
vlla inorositate, fastidio, dissidentia, suspicitionibus & pleonexia cum ma-  
tis amore mutuo, ardenti, sincero & suaui copulatæ & deuinctæ viuimus  
ἡ τέγε κασίσσον καὶ ἀρεον, ἡ ὁδὸς φρενόντες νομάσσον ἔχτον αἴνης ἡδὲ γυνὴ των ε-  
γεν δυσμενεώσι χάρηντα δι' Εμέντησι. Econtra vbi non est requies in domi-  
bus, ibi coniugium est, vt Germanico prouerbio nominatur, des Taſſa  
badſtubē. Aristoteles: Quibus coniugium infelix contingit, plus quam  
dimidia parte beatitudinis suæ in hac vita priuati sunt. *Osculata eiūs*  
valedixit cis. Nā osculis se mutuo olim salutarunt, vt nunc porrecta de-  
ra. Quod in Belgico adhuc alicubi visitatum est. *Num ultra habeo finis*  
*utero meo*) alludit ad legein politicam Mosis, Deut. 25. de semine fratre  
fuscitando. *Quia vestra angustia magis me premit*) Invita quidem à v-  
bis diuellor, sed alioqui plus satis doleo vestra caufa, nolite dolores mei  
vestra etiam solitudine & orbitate augere. *Et egressa est manus Domini*  
*contra me*) Nam Dominus alioquin grauiter premit & duriter adfligit.  
1. Reg. 5. Aggrauata est manus Domini super Azotios & perculit ei  
Psal. 32. Die ac nocte grauata est super me manus tua, sensi iram tuam co-  
terentem me, propter peccatum, inquitatem cordi meo pauores, cruci-  
tus, angores, mortem. Esai. 9. In omnibus his non auersus est furor  
ius, sed adhuc manus eius extenta. Quia populus non est reuersus ad po-  
cutientem se. 1.Pet.5. Humiliamini sub manu Dei omnipotenti, non solum  
ad deprimendos superbos, verum etiam ad subleuandos & erigendos  
miles. Dominus enim occidit & viuificat, deducit ad inferos & reduci-  
*Orpha osculata est socrum*) valedixit socrui. *Cognata tua*) fratria tua.  
*Deos suos*) phrasis visitata etiam Latinis: Reuerfa est ad patrios lares repe-  
nit patrios penates, non vt eos adoret, sed vt parentum & patriæ dulce-  
ma consuetudine fruatur. nam patriæ dulcedine terræ præcipue caput  
famam

fœmina molle genus. Verum multi rem suam bene gessere patria procul. Multi domi, quod manserunt, propterea sunt improbati. *Populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus*) Vna est omnium piorum in his terris patria precipua, videlicet *ECCLESIA DEI*, cuius ciuem esse summa laus est. *Hac mihi faciat Deus & hac addat*) Deus grauissimas de me pœnas sumat, si fallam. *Ne vocetisme Noëmi*) pulchram, dulcem, iucundam, suauem. *Sed Maran*) amaram. *in enim Ebræis amarum & amaritudinem significat. Egredissa sum plena*) marito & filijs diues.

**CAPUT II. SPECIUM honestæ mulieris, quæ est rapiens agrestes,**  
*γεναια γυναι*, penu virtutis, generosa fœmina, ac præcipue eminent in hoc capite exempla. 1. Modestia. 2. Humilitatis. 3. Obedientiae cum subiiciens se socrui inquit, Si iubes, vadam in agrum. 4. Gratitudinis ergabene meritum, quem cadens in faciem adorat. 5. Bonæ famæ quam Booz allegans, Nunciata sunt mihi, inquit, omnia quæ feceris socrui tuæ. 6. Temperantiae in victu, cibo & potu, Comedit & reliquias fecit. 7. **SEDVLITATIS**, diligentiae, assiduitatis in **LABORIBVS** Oeconomis, suæ vocationi conuenientibus. 8. De prœmijs bonorum operum, Reddat tibi Dominus & plenam mercedem recipias a Domino Deo Israël.

*Allegoria Ruthæ spicas in agro Boozi legentis.* Sacra scriptura est similis **AGRO** vberrimas & faluberrimas **FRVGES** doctrinæ & consolacionum, alendæ in animis vitæ spiritualis ac æternæ, veræ agnitionis **DEI**, Fidei, inuocationis, patientiae, dilectionis, modestiae, sobrietati, iusticie & ceteris virtutibus seruientes, ac salutares, ferenti. Dominus huius agri Christus est verus Booz, **בָּעֵז** Heros, virtute, potentia & autoritate (in toto populo) eminens. Messores seu ministri Booz sunt concionatores & doctores, qui demitere segetes & decerpere fructus seu sententias doctrinæ, consolationis & exhortationis plenas euoluere ac illustrare, & ad vsum fidei ac pietatis veræ, in animis hominum accendendæ & alendæ, debent transferre.

**RVT** imago, auditorum, assidue & sedulo messores sequentium, & assidue & attente conciones audientium, & spicas seu sententias scripturæ imis pectoribus recondentium, quibus fidem, inuocationem ac obedientiam erga Deum, & dilectionem ac omnium virtutum officia erga proximum, alunt & confirmant, & verbum auditum in bono corde custodientes, fructum in patientia ferunt, bonam militiam militant, retinentes fidem ac bonam conscientiam, cum messores ac doctores ipsi sepe pietatis veræ expertes sint, & plus male viuendo destruant, quam pie docendo ædificant. Talis pia & simplex anima, spicas verbi cœlestis legens, & fidem ac conscientiam, seu vitam & mores suos, illis conformans, multò gratior & carior est Deo, quam eloquens concionator, verba **DEI**, que non credidit ipse, docens, sicut Ruth in agro Boozi spicas legens, multò maiorem gratiam apud Boozum, quam ipsius messores inuenit, cum ean sibi coniugem & omnium bonorum suorum sociam adiungit.

**TEXTVS.** Booz **וְז** in eo fortitudo, virtus, firmitas, munitio & **REGNUM.** Iudæi fingunt, patrem Boozi Salmonem, fuisse fratrem Eli-meleh saceri Ruthæ, eundemq; Booz esse cum Abessam Iudice populi Israël de Bethlehem, cuius Iudic. 12. noinen extat. Sed tempora non congruunt. Salmon enim Rahabam tempore excidiij Hierichuntini duxit ante annum mundi 2500. Inde ad Abessam Iudicem effluxerunt anni 265. Necesse igitur fuisset Boozum trecentos fere annos natum fuisse, cum ex Rutha Obe-

tha Obedum auum Dauidis procreauit. Ideò tres Booz Lyra constituit, auum filium Salmon : patrem medium : & primi nepotem, maritum Ruth, qui Obedum, Dauidis regis auum genuerit. Sed si Booz, Obed, & Isai angelis, cum dignunt filios, anni ætatis 120. tribuantur, sicut Abraham anno 120. dignit ex Cethura ; nihil opus est plures Booz comminisci. *Si iusta adam in agrum*) Humilitatis & obedientiae exemplum. & colligam sicut Deut. 24. Leuit. 19. *Dominus vobiscum*) Forma salutationis in sacro alijs, hoc visitata. Omnis autem vera salutatio est precatio pro alijs, qua petimus, ut Deus ipsis salutem, hoc est, omnia bona animæ & corporis, præsentia æterna, tribuat. Dominus vobiscum, sit vobis propitius, tribuat omnia bona, recipiat, exaudiat & saluet vos. *Benedicat tibi Dominus*) Responsum ad salutem, non simplex gratiarum actio, sed auctoritate precatio. Dominus tibi propitius & clemens sit : benedicat omnibus studijs & actionibus tuis, & benefaciat animæ corpori, & facultatibus tuis. seu Benedictiones in semine benedicto Christo, Abrahæ promissam, remissionem peccatorum. Gratiam Dei, iustitiam, vitam, & omnia præsentis ac æternæ vita boni, bi tribuat. *De manè stat in agro*) Ita nos manè ad studiorum labores fit gamus, & intentionem, assiduitatem, curam, diligentiam, sedulitatem nostræ vocationis scholasticæ laboribus præstemus, ηνος γαρ τε εγω την μέρεται αὐταν, ηνος γαρ τε οδός προφέται, προφέται δι καὶ εγώ. *Nec ad momentum quod domum est reuersa*) non diu domi desideret, sic sit nicht daheim auf den Posten / vnd faulenzet / sed fedula & laboriosa est. *Quæ cadens in faciem* Gratitudo erga benemeritum, cui, cum in hac fortunæ & conditionis tenuitate, auctoritate μέρεων καὶ λαζίου, referre gratiam nequeat : verbis ramentis gestibus externis, animum memorem & reuerentiam ac subiectionem, & vicissim grata ipsi faciendi voluntatem declarat. *Inueniam gratiam oculis tuis*) Sim tibi accepta & grata, ut mihi faueas, me diligas, mihi befas. Accipitur passiuæ gratia, qua quis ab alio gratuita bonitate diligitur. In Paulo plerumq; aetiuæ significat. Rom. 3. Iustificamur gratis Dei gratia, id est, Dei erga nos benevolentia & fauore gratuito. Ephesi. Gratia saluati estis, id est, Gratuito amore Dei recipientis vos proprium filium.

*Locutus es ad cor ancille tuae*) super cor, iuxta cor, humanissima oratio cor meum triste ac moerens recreas & refocillas, humaniter ac efficacie cor meum consolaris, & aculeum veræ consolationis & laeticiae in animo meo relinquis. Sicut optimi sunt concionatores qui loquuntur ad corda herze rühren / qui corda mouent ac consolantur. *Vnius puellarum* scollarum tuarum. *Veni huc, comedere panem*) Deus pijs præbet alimenta fame percant, Ein löffel wo nicht ein schessel voll / vnd bekämpfe den armen löffel voll besser / als dem reichen sein schessel voll. Recita de Comata, ex Thibritio. *In aceto*) quod vim refrigerandi in aestu eximiam habet, ideo mos soribus propositum. *Congeßit polentam sibi*) Ebraicè, & porrexit ei (Bona Ruthæ) polentam, ἡσα far tostum, ut Lutherus vertit sanguen / fruges stas. Nostra translatio polentam vertit, quæ vox latinis propriæ Grauen grauen significat, Hordeum aqua aspersum, & rufus fuccatum ac frumentum & tusum vel commolitum. *Et tulit reliquias*) reliquias fecit, adhuc quid superfuit, non omnem cibum appositum simul abliguriuit, sed cibis saturata reliquit adhuc quod socrui adserret, war nicht ein vielsträß. Expiationis operum paruoq; assueta iuuentus. *Etiam si vobiscum metere volueris*

etiam inter mergites & manipulos finite eam colligere. *Quasi Ephimē-  
suram*) æqualem ferè nostræ cui à scapha nomen est, capienti nouem aut,  
decem *Stübchen*.

C A P . III . Rutha de consensu & consilio socrus seu matris Noëmi, verecundè ac modestè, coniugium Boozi propinqui sui ambit, qui vicissim Ruthæ pietatem, virtutem, bonam famam & mores honestos, magis quam opes & diuitias æstimans & amans, coniugium ei iuxta legem Moysis ( de iure propinquitatis ) Deut. 25. promittit. Loci Doctrinæ œconomici sunt, I. In contrahendo coniugio non tam opum & formæ, quam virtutis & morum honestoru[m] rationem habendam esse. Quam sententiam ex Euripidis versu, Seneca in Octavia expressit, Probitas, fidesq[ue], coniugis mores, pudor, placeant marito : sola perpetuo manent subiecta nulli, mentis atque animi bona Florem decoris singuli carpunt dies, φίλτρον γυναι τό δ' εἰν εκ Σμοξφία, Αλλ' αἱ πεται τέπτσοι τες ξυλούρεται. Seneca in Hippolyto : Languescunt folio lilia pallido, Et gratæ capiti deficiunt rosæ. Sic fulgor teneris qui radiat genis Momento rapitur, nullaq[ue] non dies Formosi spolium corporis abstulit. Res est forma fugax. quis sapiens bono confidat fragili ? &c.

**A L L E G O R I A.** Rutha coniugium Boozi ambiens, imago & Typus est Gentium, quæ Christo sponso coniungi arctissima fide & foedere, & omnium illius bonorum participes fieri, cupiunt. Has Noëmi mater vide-  
licet Ecclesiæ primitua iubet lauari & à peccatorum immundicie ab-  
lui & mundari fide & aqua Baptismi & vnguentu spiritu sancto, accendente in  
mentibus nouam lucem, iusticiam ac vitam & imaginem Domini conditoris  
in nobis renouante, & indui cultioribus vestimentis iusticiæ Christi & salu-  
tis beneficio Christi gratuito nobis partæ. De quibus Esa. 61. Gal. 3. & ali-  
ibi dicitur, vel simpliciter de noua obedientia seu bonis operibus & vir-  
tutibus renatorum intelligatur. Booz dormiens typus est Christi ob-  
dormientis seu mortui in cruce. Locus, in quo dormit seu moritur est san-  
cta et rursum. Hunc notant, qui passionem Christi attente & pie considerant,  
& fide sibi applicant. Hi discooperiunt pallium quo operitur à parte pede-  
rum, hoc est, velamen literæ, quo legitur sacramentum incarnationis &  
passionis Christi in veteri præcipue testamento, retegunt, & causas mirandæ  
copulationis duarum in Christo naturarum, & arcani consilij de redemptio-  
ne hoc modo facienda, ut Christus victimæ pro nobis fieret, proprius cer-  
nunt: & projcentes se ad illius pedes, arctius cum illo coniungi per gra-  
tiam, & rursum latitia & gloria cœlesti naturam cognatam ab eo perfundi  
& ornari cupiunt. Ut autem Rutha iubetur nocte quiescere usque mane:  
ita nos in tenebris & caligine huius vita acquiescere in Dei gratia & pro-  
missione oportet, donec latissimum illud mane, seu dies futuri seculi il-  
lucescat, in qua, illustri & clara luce, Christum sponsum, in cœlesti gloria  
cernentes, perfectè cum eo coniungemur, & nuptias seu unionem coniuga-  
lem in hac vita inchoatam consumimabimus.

**TEXTVS.** *Quaram tibi requiem* ) *tranquillum & felix coniugium.*  
*Aream hordei ventilat* ) *Hordeum in area ventilabit, & coniugium messo-*  
*ribus præbebit.* *Est autem Hypallage, vt 3. Reg. 17. Hydria farinæ non de-*  
*ficiet, nec lechytus olei minuetur; pro , Farina in Hydria, & oleum in le-*  
*chyto. Dare classibus austros; pro committere classes ventis. Aream hor-*  
*dei, pro hordeum in area. Factus esset hilarior* ) *Lætitia est conseruatrix*

vitæ. *Expande pallium seu alam tuam super me*) recipere me in tutelam tuam vel desponde me tibi, contrahe mecum matrimonium. Ita enim modestus ac pudicè coniugium illius ambit. *Quia propinquus es*) qui marito meo defuncto semen suscitare debes. *Priorem misericordiam*) pietatem & benevolentiam erga priorem maritum. *Non es secuta iuuenes*) ut vetulæ & beatus hircisstantes proximis annis, iuuenes scribas, in hac urbe duxeris. *Quidquid dixeris mihi, faciam*) promitto tibi coniugiū, ich gebet dir das jaure Mulierem te esse virtutis) probam, modestam, industriam, sedulam, omnibus virtute matronali præditam. *Taumon dicitur est yeraia yun.* . Penu virtus est generosa mulier. *Venit Dominus*) Iuramento promissionem confirmat. Quam verum & certum est, quod Deus viuit, tam verum & certum erit, quod tibi dico. *Mensus est sex modios hordei*) in Ebræo non fit certa mensuræ mentio; Sed simpliciter sex Hordea mensus esse scribitur.

C A P V T I I I I . Contractus Matrimonij inter Boozum & Ruthem initi.

L O C I .

I. *Leges politicae Mosis, de Iure protimiseos, Leuit. 25. & suscitando fratre semine, Deut. 25.*

II. *Loci Oeconomici. De coniugio, quid sit. Quod genus vita à Deo institutum: Deo placens: necessarium propagationi generis humani: Schola matrum virtutum, &c.*

III. *Nuptiae celebrantur publicè adhibitis testibus, & ceremonijs auctis solennibus pro coniugij tranquillitate felici.*

IV. *Liberi non naturæ lege tantum nascuntur, sed Dei benedictione nascuntur.*

V. *soyau parentum descendunt in natos.*

VI. *GENEALOGIAE CHRISTI continuatio, à Phares filii triarchæ Iuda, usq; ad regem Dauidem.*

De politicis legibus, de suscitando fratri semine, ex Deut. 25. & in doctrina de coniugio prolixè explicata, ex cap. 18. Leuitici, huc, si libe assumatur. Cessionis de iure propinquitatis ritus, Deut. 25. describitur & Allegoriam soluti calceamenti prolixè tradit Ambrosius lib. 3. de fa cap. 5. Apud Romanos, Cessio in iure seu alienatio rerum in nostra parte existentium, fiebat per tres personas, in iure cedentis, vindicamus addicentis, ut hoc loco cedit propior cognatus Elimelechi, vindicat Boni addicunt maiores natu vel Senatus oppidi Bethlehem. Iure ciuii Romano, hæc formula cessionis in Iure erat, ut Boëtius in Topica Ciceronis statut. Si quis seruum, aut aliam rem corpoream sibi vindicare volebat, apud prætorem ita agebat. Vindicator tenens seruum in iure, dicebat. Hunc hominem ex iure Quiritum meum esse aio. Prætor autem interrogabat eum, vnde petebatur, an contra vindicaret: id est, an contra seruum illum suum esse asserteret: eo vero tacente, aut cedente, Prætor seruum dicebat vindicanti: qui vero vindicauerat, lege egisse: qui cesserat, in unctione cessisse: atque in iure Cessio dicebatur: Prætoris vero addictio.

Agrum his verbis in iure vindicabat petitor. Fundus, qui est in agro, qui Sabinus vocatur, meus est, cum ego ex iure Quiritum meum esse in agro.

Inde ibi ego te ex iure manu consertum voco. Ille verò nisi cessisset, respondebat: Vnde tu me ex manu consertum vocasti, inde ibi ego te reuoco. Tum prætor dicebat vtrisq; vt in agrum irent: in agro verò manum conserebant, id est, terræ aliquid ex eo agro, vti vnam glebam sumebant, in eam manum conserebant, atq; ad prætorem deferebant, Qua in ius allata, actor, qui deiectus erat, eam tenens, dicebat: Hunc fundum meum esse aio ex iure Quiritum, eoq; restitui, vnde deiectus sum postulo. Tum prætor: Vnde tu illum deiecisti, cùm nec vi, nec clàm, nec precario possideret, cò illum restituas, iubeo, &c. Hoc ritu considerato, Ennij versus à Cicerone laudati rectius intelliguntur: Pellitur è medio sapientia, vi geritur res, Spernitur orator bonus, horridus miles amatur. Non ex iure manu consertum, sed mage ferro Rem repetunt, regnumq; petunt, vadunt solida vi. Aliud est cessio bonorum, quod est beneficium debitoribus, nimio ære alieno grauatis concessum, vt si bonis cedant, nec in carcerem conijci, vel servituti addici vel alias corporum iniurias sustinere cogantur. Patauij & alibi in Italia debitor nudatis natibus in foro insidet saxo & clamat, **C E D O BONIS.**

*Téstes vos estis hodie quod posse derim omnia Elimelechi bona, & Ruth Moabitidem in uxorem sumserim*) Sic Romano iure quinque testes ciues Romani puberes, & libripens in contractu nuptiarum adhibebatur. et maritus æs manu tenens dicebat, Hanc ego ( ex iure Quiritum ) meam esse matrem familiæ aio, eaque mihi empta est hoc ære, ænea libra. Deinde ære percutebat libram: idque æs dabat patri vel tutori in cuius potestate antea mulier fuerat: & manum sponsæ manui conserebat, vicissim mulier nubens marito, assem tanquam emendi causa dabat, vxor in viri manum conueniebat. Alius ritus nuptiarum erat *confarreatio*, cùm solenni sacrificio, cui panis farreus adhibebatur, certis verbis, & decem testibus præsentibus mulier in manum viri conueniebat. Solebant autem ante nuptias captare auguria, & nihil inauspicati gerere. Sponsa redimiebatur corona, gerebat lanum cingulum, quod vir in lecto soluebat: flammeo seu velo luteo, obnubi solebat, cùm ad virum deduceretur. Vnde nuptiarum nomen. Nubere enim & obnubere priscis velare & operire est. Lintea demissos velarunt flamma vultus. Ducebatur vesperi à prætextatis pueris & quinque faces seu tæde Geniales præferebantur. Colus cum fuso & stamine comitabatur. Fores sponsi floribus & frondibus ornari solebant. Ante fores sponsa interrogata, quæ esset? Caiam se nominabat. & postes ianuæ, lanâ oleo tintita vngebat, vnde vxores dictas volunt. Inde limen domus sponsam non transcendere, sed sublatam à pronubis transportari, moris erat. Ingresa, claves, & de aqua & igni mariti accipiebat. Hinc coena nuptialis sequebatur. A sponsis in thalamum ituris, nuces inter pueros spargebantur. simulacra Deorum in cubiculum deferebantur. In cubiculo zonam sponsæ nouus maritus soluebat. Postridie Repotia celebrabantur, & munera nouæ nuptæ à cognatis & propinquis mittebantur.

*Domus Phares*) filij patriarchæ Iuda, ex cuius posteritate Dauid rex, & Christus nati sunt à zœ rupit, interrupt, perrupit, quasi dicitur perruptor. Cum eniū frater gemellus Zara, prior manum ex vtero matris proferret: Phares perruptis secundinis fratrem anteuerit, & prior in lucem crumpit. Allegoriam devocatione gentium, Paulus Eph. 2. tractat. Christus est pax nostra, qui fecit ex vtrisq; vnum, & interstitium maceræ

(seps) diruit, inimicitiam (causam inimicitiae) per carnem suam, legum mandatorum in decretis sitam abrogans, ut duos conderet in semetiplo, in vnum nouum hominem faciens pacem, & vt reconciliaret ambo in uno corpore Deo. *Quem Thamar* ) Nurus Iuda. *Peperit Iudea* patriarchæ socra, Gen. 38. Matth. 1. ignorantii nurum suum esse, cum qua dormiebat oceano post venditionem Ioseph, quinquennio ante liberationem. *non* palma arbor. *Iehuda confessor veræ de Deo doctrinæ*, Rom. 2. nascitur, Gen. 29. stirps amplissimæ & regiæ tribus Iuda, ex qua Dauid, Salomon, & ceteri reges & Christus Dominus ac seruator, summus fæterdos & Rex ecclesiæ natus est, Ebr. 7. Ierem. 23. 33. Vaticinium Iacob de S. 110 seu filia virginis ex Iuda orituro, editum est, Anno mundi 2255. Anno ante natum Christum 1707. *Dedit illi Dominus ut conciperet* ) Liberi, præsertim bovi & virtute præstantes, sunt eximia & singularia dona Dei. Psal. 127. Ecce hereditas Domini filij, merces seu donum, fructus ventris. *Benedictus est Dominus* ) Gratias agimus Domino, quod dedit Ruthæ filium. *Luc.* Benedictus Dominus Deus Israël. Psal. 103. Benedic anima mea Domino. Alia significatio est cum Deus benedicit, Num. 6. Benedicat tibi Dominus & custodiat te. Gen. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes.

*Consoletur animam tuam* ) qui parentibus ornamento sit, & gloriati Soletur tristem matris recreetque senectam, vt Epaminondas latatur se parentes virtutis & gloriæ suæ spectatores habere. *Et enarrat senectutem* ) fit γηραιοτης, vt lege Attica liberi coguntur senes parentes lere, αγενελασγειν. *Suscepimus Noëmi puerum posuit in sinu suo & Nancis ac Gerule* ) τοργανοι descendunt, & amor erga liberos & nepotes toto genere ardenter est, quam liberorum erga parentes & avos. *Vixi congratulantes*) Dilectionis proximi & Iusticiæ pars est, Candor, seugandus re bonis bene esse & lætari eorum rebus secundis, Rom. 12. Gaudete cum gaudientibus. *Nomen eius Obed*) יְהוָה colens, seruiens, seruus bonus & fidelis.

*Hæ sunt generationes Phares*) posteri generati ex Phares, Metaleps formæ seu Abstracti pro concreto. Generationes, pro personis genitis a posteris. Matth. 1. Liber generationis, id est, generantium, parentum & maiorum, ex quibus natus est Christus. *Phares genuit Esrom* ) Gen. 4. Matth. 1. *Hezron* ) atrium, villa. *Aram*) ἄντε Excelsus, sublimis. *Amminadab*) fæcer Aaronis, Exod. 6. populi mei princeps, vel populus meus spontaneus. *Naaßon*) princeps tribus Iuda in deserto, Num. 1. 2. 7. 13. *Nahason*) augur, vates. *Salmon*) maritus Rahab Hierichuntinæ, Matth. 1. *Genuit Booz*) auum, cuius nepos, Ruthæ maritus fuit. *Boaz*) in eo robustus, firmitas. *Obed*) יְהוָה seruus, cultor. *Iai*) μην, munus. LXI. interpres scribunt Iesse, quod euangeliste & Apostoli retinent, Matth. 1. Act. 13. *Genuit Dauidem regem*) qui anno mundi 2890. Saulli cognoscere successit. PROMISSTO autem de MESSIA, ex Dauidis semine nasci turo, annis ante natalem Christi 1060. tradita est, 2. Reg. 7. 1. Paral. 17. Quæ copiosius, Psal. 89. 132. Esa. 9. Ierem. 23. 34. Ezech. 34. 37. Luc. 1. Act. 2. Rom. 12. & alibi enarratur.

FINIS EXPLICATIONVM LIBRI RUTH.

XPLI.